

## 13.2 - esibizione di onorificenze, 1769. - 1770. (c. 193. -194)

(ottavo fascicolo - carta 193., tergo: solo il margine sinistro per le note)

Aloysius Mocenico Dei Gratia Dux Venetiarum etc.<sup>1</sup>

Nob. et Sap. Viro Marino Minio de suo mandato Pot.ti et Cap.o Tarvisii fid.li dilecto salut.m et dilect.s affectum.

Nel Memoriale alla Sig.ia N.ra rassegnato da cotesta fideliss:ma Città, il Senato, che ricorda con compiacenza l'antico merito di dedizione, e riguarda con predilezione la costante sudditanza in ogni evento sostenuta dalla Città istessa, paternamente accoglie l'oggetto del presentato ricorso. Diretto q.sto ad ottenere in onore de' Canonici della Cattedrale sua la ripristinazione della Cappamagna, di cui p. l'antica costumanza apparisce, come accennano li Deputati Extraordinarj ad Pias Causas. che vestissero li Canonici med.mi, la maturità Pubblica dichiara, ch'essi, ai q.li si concede di portare al petto la Insegna del Protettor N.ro S. Marco in forma di Croce, fregio conveniente al riputato posto, che tengono fra li qualificati Capitoli di Cattedrali Insigni, vestino pure in progresso il primitivo Indumento della Cappamagna, e del Rocchetto in tutte le Sagre Funzioni, giusta la più comune pratica; continuando nel resto a mantenere inalterato lo stato, ed il sistema della Cattedrale loro Chiesa.

Di ciò la Rapp.nza vostra facendone seguire il registro ove occorra, renderà intesi li Principali della Città, e del Cap.lo in modo corrispondente alla intenzione N.ra di manifestare ad essi Corpi, che meritano giustamente un tale testimonio della Pubblica Grazia.-

Dat. in N.ro Ducali Palatio Die XXII. Aprilis Ind.e II. MDCCLXIX.

Giacomo Zuccato Seg:io

Nos Paulus Franciscus Justinianus ex Ordine Minor.s S.cti Francisci Cappuccinorum, Dei, et Apo.licae Sedis Gra. E.pus Tarvisinus, Dux, Marchio, et Comes, Praelatus Domesticus, ac Pontificio Solio A.pus Assistens etc.

Venerabilibus Fratibus Capitulo, Decano, et Canonicis Eccl.iae N.rae Cath.alis Sal.m.<sup>2</sup>

Ex quo Eccl.iam hanc Pastoralis sollicitudine moderandam suscepimus, dilectissimae ac inter illustriores Cath.ales Eccl.ias merito recensendae Sponsae N.rae commodis ac ornamentis semper studuimus, N.rique Senatus, hoc est, amplissimi Ordinis Vestri jura ac decora non solum tuiti sumus, sed etiam, quoad licuit, amplificavimus, Sed instituti N.ri rationem in Vestris honoribus stimandis, augendisq. (unde etiam externum Dignitatis N.rae splendorem juvari censemus) nunc fortasse magis abunde perspectam habetis, cum delatis Nobis modo in re hujusmodi Officiis ac precibus Vestris, iisdem auctoritatis N.rae concursum liberatissime accomodavimus.

Liceat itaq. ex speciali indulgentia nostra Vobis omnibus et singulis, Successoribusq. Vestris in perpetuum, Galerum, seu Pileum, quem in usus Civili gestatis, lemnisco seu Floco sericeo coloris violacei ornare; tum in Eccl.ia, atque extra quocumque tempore induere Tibialia, et Collare itidem violacei coloris, ejus scilicet, qui etiam ob similitudinem Choralis indumento Vestro maxime congruat, quibusque tandem omnibus locis, ac tempore Canonicor.m Nostror.m personas a reliquis de Clero Habitus quo- . . .

(carta 194, recto)

quoque honorificentia secerni, aequissimum arbitramur: eademque porro de causa in exteriori Tunica, seu Veste talari atrii coloris a vobis deferenda aliam ad Manicas manuculam superne apertam, et fasciolam circa collum addi concedimus, et quae additamenta hujusmodi formae Vestis vulgari sermone Zimarra appellatur. . . .

<sup>1</sup> (a lato, in margine sinistro) 22. Apr. 1769. Repristinati nella Facoltà di usare la Cappa Magna etc.  
7. (?) sono i Canonici.

<sup>2</sup> (come sopra) Indultum Episcopi 1769. 23. Dec.s.

Laeto igitur excipite animo novum hoc praecipuae in Vos existimationis, Paternaeque dilectionis N.rae argumentum, effusumq. sinceræ mentis N.rae ad omnia benevolentiae, et liberalitatis Officia studium, Equi, bonique facite.

Proposito vero, institutoque Ves.ro, ut bene consuevistis, laudabiliter institentes, dum sacris Ministeriis perfungimini in hymnis, et canti is psallentes Domino, Nobis quoque coelestis auxilii copiam deprecamini.

Interim vero Pastoralem N.ram Benedictionem Vobis permanenter impertimur.

Dat. Tarvisii ex Cancellaria N.ra E.pali 10. Calendas Jan. Anni 1770. (*sopra, corregge 69.*)

P. E.pus Tarvisinus etc.

Jo: Bap.ta de Rubeis S. Th. D.r Cancell.s E.palis M:to etc.

Nos Paulus Franciscus Justinianus ex Ord:e Minor.m S.cti Francisci Cappuccinor.m, Dei, et Ap.licae Sedis Gra. E.pus Tarvisinus, Dux, Marchio, et Comes, Praelatus Domesticus, ac Pontificio Solio E.pus Assistens etc.<sup>3</sup>

Venerabilib.s Fratrib.s Capitulo, Decano, et Canonicis Eccl.iae N.rae Cath.alis Sal.m.

Qui paucis abhinc Mensib.s circa indumenta Vestra, tum Choralia, tum Civilia pro quadam laudabilis convenientiae ratione proque vestra dignitate nonnulla praescripsimus, rursus ad Vos, Venerabiles Fratres, decus et ornamentum N.rum, studia N.ra convertimus, de eadem proposita re acturi petitionum vestrarum jam tunc Nobis humiliter porrectarum haud immemores, institutoq. N.ro impensius inhaerentes.

Canonicor.m antiquiorem habitum fuisse Cappam; Almuciarum vero usum recentius invaluisse, et hunc, ipsam commoditatem induxisse, dum Cappam integram, aestate praesertim, grave deferre videretur, consilior.m acta, et Ecclesisticar.m rerum Scriptores testantur. Hincq. Almutiam nihil aliud esse, quam Cappam brevior, quae in sui origine caput et humeros, teget: hancq. vero Capuccium quoque Ecclesiasticum<sup>4</sup> et Mozzetam diversis quidem no.ibus appellatur, re tamen ipsa unius ejusdemq. formae fuisse indumentum, pluribus probant Ducangius, et qui hujus Auctoris Glossarium locupletarunt, Patres Maurini.

Sed de Almuciarum usu in universum investigantibus cum praeter laudata testimonia; alia quoq. indicia occurrant tum pictarum Imaginum, tum lapidum Sepulcralium Canonicos hujusmodi indutos veste exhibentium, qua etiam, teste Macrio, nunc quoque in Gallia passim utuntur Canonici; tunc profecto hocce N.rum, cui antiquae disciplinae ac veterum ornamentorum insignia plurima prae coeteris forsitan retinuisse jure merito gloriatur; ita rei qua de agimus quasi vivum veritatis imaginem praesefert.

Non en. satis est Capitulo Tarvisino ad id proferre aut lapides sepulcrales plures, aut ipsas etiam Constitutiones Statutorum ejus de anno 1432. conditorum, in quibus Rubrica XVII. multa pecuniaria proposita expresse jubetur Decano aequae ac Canonicis deferre Almucias, alias Zanfardas; sed insuper illar.m usum ad haec usque tempora retinuit . . .

(- carta 194. tergo)

retinuit in Decani persona, qui cum p.mam inter Vos obtineat dignitatem, fueritq. olim propterea Choralis disciplinae circa Residentiam observantior, antiquum commune indumentum nunquam abiecit. . . .

<sup>3</sup> (*a lato, in margine sinistro*) Indu.tum aliud. 1770. 26. Maii.

<sup>4</sup> (*come sopra*) Sansovinus nella "Descriz. di Venezia etc." edit. 1663. in 4. pag. 104. lib 2. Indultum referens Martini V. a Cornelio Senatore To. X.\*\* postea evulgatum "i quali Canonici (di S. Marco) ebbero da Martino V. la Concessione di portar (ait ille) la Mozzetta, o Zanfarda di Pelli di Varj, e Dossi". Almutiam, Pontificis Beve id ornati nominat.

Hinc est etiam quod cum Julius PP. II. in Bulla anni 1510., Decanatum Senensis Cap.li instituens, de Decani Tarvisini peculiari forsitan indumento seu Capuccio more Praelatorum peropportunam, ac perhonorificam habuerit mentionem.

His itaq. mature consideratis, rationi, et aequitati valde consentaneum visum est, ut quibus Cappae Magnae ex antiqui indumenti specie ad decus restitutus est jam usus, iidem quoq. vestem ipsam breviori forma ad commodum potissime deferatis, eam scilicet, quam vetus tulit disciplina communior, quam Statuta vestra probant, ac praescribunt, cujusque tandem jus quasiq. positionem deferendae in Decano vestro adhuc retinetis; adeo ut Nobis videri queat, non tam novum ornatumq. atque indumentum Vobis concedi, quam ad veterem Statutorum Vestrorum, quorum observantia a Nobis in primis urgeri debet, laudabilem disciplinam, quantum haec n.ra tempora sinunt, Vosmet revocari.

Decernimus itaq. p.ntis Decreti N.ri tenore, ut salvo, ac reservato p.tae Cappae Magnae usu, innovatoq. nihil circa Decani Capucium, seu Almuciam, sive Mozzettam, Vos omnes, et singuli, Successoresq. Vestri imperpetuum, tum in Choro, tum extra, nunquam cum Nobis praesentibus, exceptisq. diebus festis solemniorib.s aliisq., prout in Pagella a Nobis adprobata expresse notatur, Cappam brevioris, seu Mozzettam p.tam violacei coloris serico rubeo subsutam deferre possitis.

Atque haec sunt, Venerabiles Fratres, quae cum ad Divini servitii incrementum, et sacrarum functionum vetustatem ac decorem, tum ad commodum ac ornamentum Vestrom libenter statuimus: in quo si votis quidem vestris, nunquam certe sincerae n.rae de Vobis benemerendi voluntati ac studio fecerimus satis Paternaeq. qua Vos complectimur, dilectionis affectui, in cuius pignus Pastorale N.ram Benedictionem peramanter impartimur.

Dat. Tarvisii ex Palatio N.ro E.pali septimo Cal. Junii 1770.

P. E.pus Tarvisinus etc.

L.S.

Jo: Bap.ta de Rubeis S. Th. D.r Cancell.s E.palis M.to etc.

Aloysius Mocenigo Dei Gra. a Dux Venetiarum etc.<sup>5</sup>

Nobili, et Sap.i Viro Aloysio Fuscarenò de suo Mandato Pot:i et Cap.o Tarvisii fid.i dilecto S.m et d:is aff.:m

Riconoscendosi qual conseguenza delle prime decorazioni assistite con anteriori Deliberazioni N.re il Dec:to Vescovile, che accorda a cotesto Capitolo l'uso della Mezzetta, il Senato lo approva perchè abbia ad avere effetto di esecuzione. Però il zelo vostro farà seguire delle p.nti il reg.to nelle rispettive Pret:ex Vescovile, e Capitolare Cancellaria p. lume –

Dat. in N.ro D.li Pal.o die XVI. Feb:i Ind:e IV. 1770.

Giacomo Zuccato Seg:io

Tratta dall'autentica esist.e in Cancell.a Pret.a Treviso li 21. Feb:o 1772.

Franc.o Pedrini Coad:r dell'Ord.o P.o

<sup>5</sup> (a lato, in margine sinistro) 1770. 16. Febb. M. V. Indultum Episcopi ratum habet Princeps.